







Antonij Lollij Geminianensis oratio passionis dominicę. habita coram Innocentio Octauo. Pont. Max. Frequenti R. Car. Senatu contra ceruicosam iudeorum perfidiam.

E quinq; ordeaceis panibus: quibus tot hominū millibus famē in tyberiade Jesus christ? exemit: multa supauere fragmenta: quę in. xii. diffusa cophinos comedere discumbēs super fęno turba non potuit. Signati sunt in his panibus quinq; illi codices Moysi: quorum fragmenta (veluti ordei operta tegminibus: & abstrusi archana consilij) suo assequi ingenio super feno hoc est carne discumbentes homines nequeunt. Scriptum est enim. Omnis caro fenū. Hoc ineffabile sanctissimę crucis mysterium Pr sancte: vere vnū ex illis fragmentis est: cuius altitudinem nos qui fęnum carnemq; sapimus: admiratione prosequi debem? potius. q̄ temere imbelli hominis captu coram tua sanctitate reponere. Quem. n. a dicēdo non terreat? Quem euanescere omnino non faciat? omnipotentem deum: terrestrem induisse hominem (cūq; immensus esset & immortalis) formam accepisse mancipij: & post innumera conuitia cruciatusq; seuissimos: pro illius reparatione: quē de luto plasmauerat mortem acerbissimā oppetisse? Quod me vel in presentia considerantem non admiratio modo subit: sed rigidus quidam stupor & contractus horror inuadit: vt vix verbum excudere queam de stupefacto pectore. hęret enim gutturi lingua: ac conceptam vocem non exprimit. Singultus & lachrymę loquuntur. Loquentis verba tristis intercidit anhelitus. Sed quis adeo alienum ab humanitate se prestet? Quis ex tam duris egressus cautibus: Tam ferino lacte depastus est. quem in tanta iudaici populi immanitate pietas non penetret? non confodiat? non iuguler? videntem Jesum nazarenum creatorē cęli & terrę: qui a summo cęlo egressus exultauit vt gigas ad currendam hanc viam. Illum inq; Jesum manibus pedibusq; confixis: pro humani redēptione generis in seuissimo crucis ligno



pendere. Quare necessarium arbitror (ex quo tantū mysteriū omnē humani ingenij longe superat facultatem) non a maria uirgine cuius hodie animam (iuxta Simeonis vocem) gladius pertransiuit/ sed ex aperto illius latere/ vnde omnis sapientię simul ⁊ eloquentię riuus emanat/ curuatis genibus diuina implorare presidia. Ipse enim est Qui emittit eloquium suum terrę. Ipse est qui suo spū piscatorem docuit sapere ⁊ dicere. In principio erat verbū ⁊ verbum erat apud deum. ⁊ deus erat verbum Hoc freti poterimus caluarię montem vna cum christo nostro conscendere. ⁊ ęternę lucis veritatem/ suiqꝫ tabernaculi reconditam sapientiam scisso velo/ reseratis templi ianuis patefacere. Emitte lucem tuam. ⁊ veritatem tuam. ipsa me deducēt ad montem sanctum tuum ⁊ in tabernacula tua.

¶ Vobiscum mihi hodie agendum est o iudei: Qui mundi dominum crucifixistis. Et ostendenda ingratissime gentis impietas. Apud quā cum sibi optasset domicilium pater deus eāqꝫ in sponsam quasi vnicam elegisset/ cui sui pectoris iudiciaqꝫ depromeret. Vos tamen tanti boni: tanti thesauri: tātę caritatis: immemores/ illum (o pudor) morte turpissima condemnastis ⁊ occidistis/ cū de ipsius ī gentē vestrā benignitate antea legissetis. Non fecit taliter omni nationi. ⁊ iudicia sua non manifestauit eis. Sed qm̄ necessitatē diuinę ꝓuidentię excusare soliti estis/ ac virus venenosis anguibus supaddere/ Ad retundendā effrontē vestrę peruicacitatis audaciā orationi nostrę duo capita ꝓponemus/ quorū in altero passionis dn̄icę causam aperire conabimur/ vt quanta notādi sitis ingratitudine: quam greci acharistiam vocāt apertissime cognoscatis. In altero vero euāgelij texentes historiā (siqua erunt mystica) reserabimus/ Addicturi (si ⁊ auriū vestrarū benignitas/ ⁊ angustia tēporis patiet̄) animationē quandam ad muros hierosolymos instaurandos: Quos ad solum vos gens crudelissima nimisqꝫ in pernitiē vestram ceruicosa traxistis.

¶ Aurelij Augustini sententia est in mileuitano approbata cõcilio. ꝛ in orthodoxe fidei fundamenta recepta. Primũ illũ hominem/ vnde humani generis ꝓpagatio deducta est/ licet morti naturali necessitate subiectũ/ creatum tñ (nisi deliquisset) immortalẽ diuina gratia extitisse. Egregiũ proculdubio ac celeste munus homini de limosa terra plasmato/ concessam eternitatẽ nature lege depulsa: q̃ (iuxta phisicoꝝ disciplinã) agentibus inuicem patientibusq̧ contrarijs ad interitum quecunque sunt orta complodunt. Hanc vite perennitatem cum nostro (si dici liceat) malo fato parẽs ille primus ꝓprio perdidisset arbitrio/ lugubrem: luctuosam: detrimentosam hanc hereditatem transmisit ad posteros: vt amisso veri solis lumine/ infernas adituri sedes/ vitam sempiternis in tenebris duceremus. Quod cum pr̃ misericordiaꝝ de⁹ omnipotẽs aduertisset/ Faciam⁹ (inq̧t) vnũ hominẽ ad imaginẽ ꝛ similitudinẽ nostrã/ vt qḋ culpa primi parentis exciderat: ipsius emissione anime redimatur. Pro tua itaq̧ redẽptiõe hõ ingratissime. verbũ caro factũ est ꝛ habitauit in nobis. Pro te pfide iudee vnigenit⁹ Marie venit ĩ mũdum: sed mundus eũ nõ cognouit: ꝛ sui eũ nõ receperũt. Uenit ipse saluũ facere qḋ perierat/ Tu qḋ saluũ fuerat perdidisti. Licet. n. in mũdũ salutẽ omniũ opatur⁹ accederet: potissimũ tamñ nõ sũ missus inquit ad oues que perierũt israel. In quo mirari satis tãtã ingratitudinẽ nequeo. qua ꝛ Thebanos ꝛ Athenẽses post te lõge relinq̄s. Illi. n. Cadmũ Agenoris filiũ ex his menib⁹ q̃ cõdiderat eiecerũt. Alteri Theseũ ex his q̄s cõstituerat expulsum sedib⁹/ exauctoratũ in schiro vite ad mortẽ cõmutatõ nẽ facere cõpulere. Uterque tñ pplus (q̄ errati peniteret) cõditori suo debita iusta psoluit. Tu xo (post xp̃m turpi cede necatũ/ q totũ orbẽ nõ manib⁹ sꝫ verbo fundauit/ q in eccłie fundamẽtis nõ saxa sꝫ sanguinis posuit) nõ mõ exequias defũcto nõ celebras/ sed iacentẽ quasi pedibus calcans: aduẽtũ ei⁹ horres: abnegas: detestar/ cũ nemo sit q a calore ei⁹ possit abscõdi. Pro primi itaq̧ hominis labe/ multorum voces exaudiuntur. Que

ex Maria & spiritu sancto conceptum filium ad mortẽ clamitãt
¶ Clamat pater eternus. Moriat̃ filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui: non quia (vt de Joue dicit̃ & Saturno) meum vsurpauit imperium: sed vt humanam naturã vicio suo collapsam in originali iusticia paceq; restituat. Nam cum veritas de terra orta est: iusticia (inq̃t pphẽta) & pax osculate sũt.
¶ Clamat ipse dei filius: moriamur. Quinimo ait p esaiam clamans facte sunt raucę fauces mee. Et cur obsecro dei fili mortẽ oppetis. vt notam parenti meo in vstam aboleam. Filij enim terrę parentem meum inhonorarunt. Serra insecantem surrexit. Artificium in artificem. Creatura in creatorem. Moriamur igitur. Nam ingratus viderer nimium: si permanere tantę feditatis stygmata in omnipotentis dei patris fronte permitterem. Volo itaq; percuti. ligari. flagellari: crucifigi. mori pro patre meo.
¶ Clamat spũs sanctus. Moriatur christus. Nam quod patri congruum videtur & filio. Idem mihi qui vnum cum illis sum videri debet ac comprobari.
¶ Clamant angeli moriat̃ dominus noster Jesus: qm̃ nostrarũ sedium reparationẽ fieri congruentius posse nõ nouimus.
¶ Clamãt patres sanctissimi q̃ limbo claudũt̃. Moriat̃ mundi dñs vt eleuent̃ portę iste eternales: & ingrediat̃ rex glorię paradisi nobis ianuam apertur9: cuius se flagrare desiderio Esaias ostendit dum inquit: Decies milies clamaui ad dominum: vt disrumperes cęlos & descenderes vsq; ad ima terrę.
¶ Clamat perfida iudeorum turba. Tolle Tolle crucifige eum pp̃ter ipsum enim Romani venient gentem nostram euersuri: quia se regem facit. O dira. O memoranda crudelitas. O notanda ingratitudo. Populus ab initio a deo electus. populus per deum de iugo Pharaonis durissimo liberatus. Populus cui manna. mel & lac de cęlo pluerat. Populus cui aquarũ amarities in dulcedinem vertitur. Cui volatilibus cęli castra complẽtur. Cui percussa petra fluenta scaturiunt. Cui serpentum vene

nosi morsus eneo serpente sanantur. Hic inquam populus deum suum ad crucem: ad mortem clamitat: quia se regem facit: cum ex ipsius ore trans mare galilee sepius audiuisset / Regnum meum non est de hoc mundo. seque ideo (ne rex fieret) recepisse in solitudines conspexisset.

¶ Clamat auarissimus iudas. Moriatur dei filius magister meus. Quia. xxx. argenteos corradere aliunde non possum. O malorum omnium radix. O idolorum seruitus ceca cupiditas. pro xxx. iuda argenteis magistro tuo crucem paras? Pro. xxx. argenteis iustum sanguinem prodis? Pro paurillulo precio. Pro luto et harena dominum vendis. qui tibi primam eucharistiam suis manibus confectam porrexit. Qui te in numerum apostolatus asciuit. Qui per vniuersum orbem predicaturum incarnati verbi euangelium misit. Uidete patres Reuerendissimi. Que germina: Qui fructus: de stirpe nascantur auaritie. Siccine ingrate discipule tanti beneficij vicem reddis? Siccine totius mundi recognoscitis auctorem? Excusentur iam iam / vel minori / saltem culpe subiaceant. Trasylaus: Eucampida: Myrtis: Eurithe?: Trasylotus: Aristratus: Dinarchus: Ptiodorus: Onometa et Hipparcus: Qui Thessalos: Archades: Argiuos: Clienses: Missanios: Sitionios: Corynthios: Megarenses: Thebanos: Euboios: suas patrias prodiderunt. Illi enim in hostium manus: et rem terrenam: et regnandi dedidere cupidine. Sed impius et sceleratus Judas (O infandum scelus. O inauditum facinus. O rem tragedia dignam) mundi dominum et mercatur: et prodit. rem (proculdubio) scelestam: facinorosam: monstruosam. Sed non intellexerat miser iste quod prope ad australem plagam locus se offerebat acheldemach / vbi erat paulo post (exemplo Aman et Achitophel) suas fauces perstricturus. Non intellexerat quod de ipso antea prenunciatum fuerat. Lacum aperuit et effodit eum. et incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius. et in verticem eius iniquitas eius descendet. His itaque ad celum alta voce clamantibus / reparari congruum fuit humanum genus. ne tam

insigne animal (quale hominē et videm⁹ et scimus) suo (in quē creatū fuerat) exitu fraudaretur. Nā frustra illud creasset deus si peruenire in constitutū finem (peccato ꝓhibente) non posset Pro cuius abolitione: neqꝫ angeli: neqꝫ homines facere satis poterant. Tum quod angeloꝝ equalitatem assumpturi homines erant: Iuxta Mathei euangeliū. Erūt sicut angeli in celo: Tū qd̄ in infin tū culpa ꝓcesserat: Tum deniqꝫ qd̄ ad futuram illi beatitudinem: omnis humana passio habet indigna. Solum ergo dei filium oportuit que non admisit exoluere: non qd̄ vti alia redemptionis ria non posset. Quis enim est qui voluntati dei resistat? Sed cum per penam talis macula abolenda esset magis esse congruū et ex iusticie ordine visum est / si ipse humani generis mortem morte deleret / ꝙ si ad celum illud vel verbo solo / vel absoluta eius omnipotentia transtulisset.

¶ Exempturus itaqꝫ Jesus christus ab eterne mortis periculo humanum genus / descendensqꝫ in hanc lachrymarum vallem ī Bethleem venit. hoc est in domum panis: vel refectionis. Sic enim latinus reddit interpres. nam fame tabescentes eramus omnes / nisi panis viuus celo descenderet: quo in Bethleem esurientiū corpora reficerent: vbi vere dici potest. Panem angelorum manducauit homo. Sed hunc panem sanctissimuꝫ iniquissima iudeorum turba conspiciens. Mittamus (inquit) lignum in panem eius: crucem iam iam significans: quam mundus ipse et omnia elementa luxerunt. ¶ Primum nostre diuisionis caput satis ꝓ angustia temporis ingeniiqꝫ hebetudine absoluisse iam videor. Euangelii me nunc compellat historia: quā velint (obsecro) clementissime aures vestre patienter audire. Non enim (vt inquit ille) gabinianam cruceꝫ describimus: quā. M. Tul. eloquentie sue neruis prosequutus est. Non atilianam dicimus qua. M. regulus hesperiam cruce sublimis spectabat ab alta. Non polycratis a menandro proditi. Non quā. L. domitius in penam pastoris erexit: Sed eius crucem deploramus: Cuius hodie eleuata est magnificentia super celos: Cuius gloriam enar/

rant cęli. Cuius opera ecclesię firmamenta denunciāt: Aspergi-
mus hodie librum nostrū domorūq limina agni sanguine: fu-
nemq coccineū domui orationis nostrę circūdamus: vt enarra
re vaccā ruffā concisam in valle possimus. ¶ Passurus ꝓ pec-
catis nostris Jesus christus: ⁊ obsignatū aperturus testamētū:
cuius tabulę confirmari nisi testatoris morte nō poterant: hie-
rosolymā primo ascendit: vbi languentiū multitudo aquę mo-
tum expectantiū versabatᷣ. Ibi cecis visum restituit. Surdis au
ditū (auribus patefactis) insinuat: Mutorꝝ linguas in eloqni-
um soluit: Claudicantiū pedes dirigit. Suscepit vere israel pue
rum suū: recordat⁹ misericordię suę. Audiāt (quęso) intelligāt:
considerent iam vestrę omniū mentes. dominicę passionis alta
mysteria: ꝓfundi huius crucis exordia: Descendens (inq̄) ad
terrena Jesus christus: nō Babylonē: non Bisantiū: nō Romā
sed hierosolymā petijt. quā latino sermone visionē pacis inter
pretamur. Hierosolimā ergo venit christus. hoc est in terrā pa-
cis. Merito lauda hierusalē dn̄m: lauda deū tuū syon. ⁊ quem
vis vt laudē dn̄m. Eum scilicet. Qui posuit fines tuos pacem:
teq sui frumenti adipe saturauit. Succubuisset in bello huma-
num genus pr̄ sancte: nisi hierusalē hoc est pacis visio redegis-
set in gratiā. Per terrā igitᷣ pacis redempti sumus. Ibi prodi-
tus est christus. Ibi in prętoriū ductus: Ibi affect⁹ verberibus:
Conscissus alapis: Pugnis cęsus. Ibi cruci suffixus: mortu⁹: se
pultus. Hęc omnia in pacifica ciuitate ꝓ salute nostra ꝑpessus
est. Ibi pro ꝑsequentibus orauit. Ibi cū malediceretᷣ: non male
dicebat. cū ꝑcuteretᷣ: nō cōminabatᷣ. prębens seipsum nobis ex-
emplū: vt illatas iniurias ęquo aīo tolerem⁹: nec inimicorū san
guinē: sed vitā: sed beniuolentiā sitiamus. Qua re de illo non
ab re dictū est. Christus rex venit in pace. Hāc in hierosolymā
ꝓfectionē zacharias multo ante prędixerat. Letare hierusalem
rex tu⁹ venit tibi māsuet⁹ supsidēs asello. Gētib⁹ pacē loquetᷣ.
Pergēs deinde ī Bethaniā: quę dom⁹ obedientię dicitᷣ: Simo-
nis lepra ꝑfusi domū adijt: vbi cū pedes sanctissimos Maria q̄

christo ancillabatur capillis vnguēto madentib⁹ aspsisset / Mam mona.i. diuitiaꝝ de⁹ in Judam irruit. Hic (ſm Origenem) de tribu fuerat Isachar. Accensus rubra bile confestim ad sacerdotum principes abit / Qui in domū conuenerant Cayphę. ibi filium dei: magistrū suū / quasi ad auctionē sub hasta distraxit. Quid vultis inquiēs mihi dare. ⁊ ego eū vobis tradam? O Juda mercator pessime. O proditor auarissime. Quid ego in tanto facinore deplorem? Quibus verbis tantū psequar nephas? Creatura creatorem tradit. Magistrum discipulus: Seru⁹ dominum vendit / cū seruoꝝ venditio iure spectet ad dominos. Illum mercaris Juda: qui tibi nō manna neqꝫ lac: sed seipsum in cibum potumqꝫ distribuit? Illum vendis qui te non proditorē sed amicū vocat? Illum qui purissimis manibus immundos tibi lauerat pedes? Nonne impabaris demonib⁹? medebaris infirmis? In honore cum ceteris apostolis versabaris. Audite iā omnes populi. Auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Venite ad nobile hoc emperium. Venditur a Juda christus. Quid vultis mihi dare: ⁊ ego eum vobis tradā? Et qs (obsecro) tam immitis: tam impius: tam crudelis: qui inęstimabilis hui⁹ thesauri preciū faciat? Qui sanguinem emat innocentem? Qui in re tanta idoneū se negociatorē putet? Quid vultis mihi dare: ⁊ ego eum vobis tradam? Ah iudaice popule quo aīo: quib⁹ p̄cordijs hūc de deo tuo sermonē excipis? Qua fronte p Salomone tuo pacifico polliceris preciū? Cui⁹ audituri sapientiā ab orbe etiā remotissimo veniebāt / Cui⁹ (cū .xii. esset annorum) doctrinā stupebāt oēs. Nōne hic ē Jesus dei ⁊ ꝟginis filius? Nōne rex hominū ⁊ angeloꝝ? Nōne creator: gubernator: redēptor: bn̄factor tu⁹? Quid vultis mihi dare: ⁊ ego eū vobis tradā? O pudor: O nephas Illect⁹ p̄cio Juda (qđ non verres / nō catilina / nō q̄spiā peculator auderet) mūdi dn̄m vēdis? An quę in te contulit tam subito exciderunt beneficia? Nonne in exitu israel de ęgypto / iudeam sibi solam elegit quę esset sanctificatio ⁊ potestas eius? Nōne (cū persequeretur vos pharao)

mare vidit ꝛ fugit ꝛ iordanis conuersus est retrorsum! Hecci-
ne pro saluatore tuo verba fundis! Qui tibi sitienti cõuertit pe-
tras in stagna aquarum. ꝛ rupes in fontes aquarum! Qui de-
cem plagas per Moysen magna mysteriorum dispositione com-
pleuit. Qui tuę reparationis gratia in vilissimo Bethleem vi-
co nasci dignatus est. Qui vt nostris mederetur animus mor-
bo ęterno laborantibus: tanꝙ singularis medic? celo delapsus
semetipsum pro nobis tradidit oblationem ꝛ hostiam in odo-
rem suauitatis. hem repudia quod intendis consilium. Com-
pesce auariciam hanc quam si fugere deum existimas: demen-
tis: efferris: insanis. Per prophetam enim multo ante predixe-
rat. Qui edebat panes meos. magnificauit super me supplan-
tationem. Tetendit aduersus deum manum suam. ꝛ cõtra om-
nipotentem roboratus est.

¶ At illi constituerunt ei. xxx. argenteos. Neqꝫ hoc saluatorem latuit Juda. Mercati enim (inquit Amos) sunt iustũ pro argẽ-
to. Et appenderunt ait zacharias mercedem meam. xxx. argen-
teos precio quo appreciatus sum ab eis. Hoc etiam figurabat
Joseph Ismaelitis facta venditio: Quam venientibus illis de
galaad egyptumqꝫ petentibus Judas fieri debere consuluit. In
quo animaduertere libet semper Judam vendidisse: sed nõ Je-
sum semper Joseph ille. Jesum hic Judas tamen vtriusqꝫ ven-
ditor fuit.

¶ Jesus interim confecta cum discipulis cena prima die azimo-
rum. que est. xiiij. mensis nysan: qua iudei fermentum a domi-
bus suis abijciẽtes septẽqꝫ dieb? solis vescẽtes azimis phase. i.
transitum celebrant. Confecta inqꝫ cena. ꝛ bobus: hircis: arie-
tibus: turturibus: columbis: in sanguinem suum ac corp? ex sa-
cramenti institutione conuersis oliuarum montem ascendit ab
hierusalem passibus circiter mille distantem: vt impleretur qđ
teste a bodazara in veteri talmudistarum volumine comper-
tum est. Tunc letabimur cum pedes diuinitatis tuę super mon-
tem oliuarum steterint. Astipulante zacharia. Stabunt pedes

eius in die illa super monte oliuarum. ibi in orto transtorrentē Cedron ad montis radices/ habita ad patrem oratione. Tri/ stis inquit est anima mea vsqꝫ ad mortē. ⁊ quāuis angelus eū consolaturus aduenerit/ factus tñ est ī agonia. ⁊ sudor eius si/ cut guttę sanguinis decurrentis in terrā. O superbe basilides. O ipsius sectator dogmatis perfide Maumeth. qui Jesum et passum abnegatis/ ⁊ fantasticum illius corpus asseritis. Quid inde hodie stillet/ aspicite. Guttę (inquit) sanguinis decurren tis in terram. Hic est o christiane secundus sanguis: quem in terram ⁊ pro terrestri homine Jesus christus effudit. Conside/ ra (obsecro) quo redimeris pretio. quo curaris impendio. hoc vellem suspenderes in tui pectoris trutina. Creatorem mundi non pro suis culpis/ non pro amicis/ sed pro alieno admisso/ ꝓ vna ouicula expianda intensissimo affectū merore cepisse aper/ tis iam misericordie visceribus stillare cruorem. Qui (licet in tanta animi fluctuatione) patrem tamen orare non destitit/ vt (si possibile foret) a se amarissimus calix ille trāsiret. Verū/ tamen fiat (inquit) voluntas tua. Diuina profecto vox tanto fi lio digna. Hec vox in omnib⁹ infortunijs peculiare solamē est. Hec facit/ vt aduersa queque ⁊ nubila constanti perferam⁹ ani/ mo. Hec sola vox christi martyres post exquisitissimos crucia/ tus: post carceres ⁊ cathenarum sonitus: in fide orthodoxa con tinuit. Hanc nos in anxietatibus nostris ac orationibus ma/ gnifacere debemus/ non ꝓprijs studentes cōmodis/ non vota pro his temere effundentes. que forsitan futura sunt noxia/ ve/ rum omnia nostri saluatoris exemplo in diuinam referēdo vo/ luntatem. Fiat voluntas tua. non maledicentes/ non execran/ tes/ non desperantes/ sed cuncta illuc redigentes/ vnde pro re nostra optimo consilio disponunt̄ ⁊ gubernantur. Sed dū ora/ bat christus. Ecce subito impius ⁊ rapax lupus ad agnum mā suetum ⁊ immaculatum. offert osculum Abner. ⁊ ꝑditionis. Aue inquiens Rabi. Quis est qui in tanto scelere non cieatur in la chrymas? Quis fletus contegat/ vel singultus? Quem adamā

tem tanta immanitas non disrumpat? Quod vel saxeum pect⁹ hec proditio non emolliat? O osculo saluatorē prodit iudas. O angelici spiritus: O celestia corpora: O insensibilia elementa. O reges: O principes: O populi. Venite Venite ocius suppetias creatori vestro. Accurrite. Venit enim in predonum: in pyratarum manus. in luporum fauces incidit. Super messem suam ꝛ vindemiam predo irruit. Asciti in sortem suam in occisionem descenderunt. ꝛ in domo domini extinguere eius animaȝ querunt. In domo hierusalem sanguinem iustum effundere. Sui enim sacerdotes aque viue salientis fonte relicto / foderūt sibi cisternas nouas in vijs: vbi non erat aqua / sed absinthium ꝛ fel draconum. ꝛ venenum aspidum insanabile. Est ne hec illa domus o iudei / quam diebus absolutis pentecostes facto de celo sonitu spiritus sanctus impleuit? Est ne illa de qua summum gaudium propheta sanctus excepit / dum inquit. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domuȝ domini ibimus? Est ne de qua dictum est. Hec est domus mea in seculum seculi hic habitabo quoniam elegi eam? Est ne de qua legimus. Benedicite domino qui statis in domo domini. ꝛ in atrijs dom⁹ dei nostri? Est ne de qua spiritus sanctus loquut⁹ est. Domine dilexi decorem domus tue. ꝛ beati qui habitant in domo tua domine. in seculum seculi laudabunt te? Non est illa domus. non est. Sed domus babylonis: domus ruine: domus confusionis. vbi nunc Herodis incestum nemo vituperat. vbi antiocho vel leniter fremente / Eleazarus carnes suillas comedit. Ubi vix rubescere fluminis aquas moabite videntes statim formidant: Ubi in regem suum Dauid cum Absolon conspirat Achitophel Ubi ad christi mortem cum Pylato amicatur Herodes: Ubi martyres (supplicia siqua sunt) deum diffitendo, fidem abnegando preueniunt. Decolorastis o iudei domum vestram: Decolorastis vestre matris faciem / dum ipsius vnicum filium ante ciuitatis oculos (veluti pecudem) mactauistis.

Procidentes in terram iudei: et ea qua ceciderant virtute surgē
tes manum iniecerunt in Jesum et tenuerūt eum. Ductumq; in
atrium principis: deriserunt: conspuerunt: exibilarunt: neue si/
bi erumnarum omnium deesset cumulus. Simon Petrus qui
pauloante gladium quasi opem laturus eduxerat hostiarie an/
cille voce perterritus christum negat. vt impleri illud videret.
Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerunt et
steterunt. Que si aduersus Dauid Chusi negatio inexpiabilis vi
sa est. Quid apostolorum principis aduersus dominum et xpm
eius? Non te dignum petre fecisti/ magistrum tuum abnegan/
do. Quem fecisse multa supra hominem videras. In vinū ver/
tisse aquam/ breui esculento saturasse multa hominum milia.
mutorum soluisse linguas: aperuisse cecorū oculos: plurimosq;
ad vitam qui iam occiderant reuocasse. Quid queso facturus
fueras. si te vt eum refelleres armatus aliquis miles stricto en/
se petisset? Quid si ad hoc te Nero: Dionisius: Busiris: Phala/
ris compulisset? Ad vnius ancillule hostiarie vocem christum
tuum: magistrum tuum diffiteris et negas? vt per eum dici ve/
re potuerit lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum.
Sed hoc ideo clementissimus deus in persona tua forte permi
sit: vt qui sue pastor futurus eras ecclesie: Samaritani vulneri/
bus non modo vinum sed et oleum adhibere condisceres. alio/
rumq; errata non virga solum: sed discretionis baculo coerce/
res. In impiorum igitur manibus solus relictus est. Jesus. in
cuius typum destitutum esse Sedechiam a caldeis accepimus.
Hic quātum gens seuissima incruduerit: quāta crudelitate de
pasta sit: exprimere abhorret anim9: pr̄. s. dolor pħibet: lingua
negt: hic cernere erat: omēs veteris legis figuras innouari. hic
vidisses Jezabel aduersus Naboth falsum testimonium ferre.
Hic semei Dauid regi suo maledicentem. Hic super Moysi fa/
ciem velamen imponi. Hic mulierem super os putei victas ex
pandere. Hic ficulnee folijs Adam suam turpitudinem operire
Hic aspexisses post mille ludibria Michee in fractos colaphos

Vide. s. fol. 141. usq; ad fol. 146

Hic in carcerem Joseph esse detrusum· et iniuste apud Phuti-
phar (sicut Machabeus coram Demetrio) accusatum. Potuis-
ses hic intueri Mathathiam ante Anthiochum regem presenti
constantiq; animo astitisse. Ezechiam a Senacherib assyrioꝝ
rege contemptum· Colligatum cum Achab amicitia Josaphat:
De duobus hircis alterum emissum/ occisum alternm· Saulis
filios crucifigendos Gabaonitis traditos· Reuinctum alteruz
ad arborem Achior· Arietem inter vepres repertum. Jsaac sup
humeros ligna gestantem· Hircum pro solenni sacrificio extra
portam esse combustum· Denudatum Noe corpus atq; derisū·
Jta vt dicere cum psalmista potuerit· Lumbi mei impleti sunt
illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et hu
miliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei: Quāuis
autem apud Barbaras gētes in voluptatem esset iam versa cru
delitas/ iamq; occidere hominem iuuat· Jpse tñ qui se munire
duodecim legionum angelorum presidio poterat. post innume-
ra conuitia: probra: sputa: iniurias. sicut agnus erat coram ton-
dente/ non aperiens os suum· et factus sicut homo non audiens
et non habens in ore suo redargutiones· Refert diuus Hierony
mus lxxxix· alapas sanctissime Jesu christi faciei a iudeis in-
cussas. Bernhardus vero et Anselmus sex mille sexcēta sexagin-
ta sex verbera suo corpori inflicta testantur· vt verissime adim-
pletum sit· Ego ad flagella paratus sum· Congregata sunt sup
me flagella· et ignoraui causam.

¶ Jpsi autem illudebant ei· Quantum par sit q̄ntum deceat o
iudei incarnati verbi mortem annuntiare/ memoria𝔷 passionis
repetere/ et inter vincula/ alapas· clauos petulanti splene risus/
iocosq; diffundere/ vestra ipsorum pectora metiantur· Nonne
hic quem ridetis est magister vester: pater vester? Nonne vos
dilecti filii? Ridet filius si iugulari patrem hostium armis in-
spiciat? Ridet si eum astrictum manicis esse viderit in compe-
dibus? Ridet si vinctum p cenum lutumq; trahi animaduerte-
rit? Ridet si affectum verberibus/ plenum vibicib? damnari ad

mortem intueatur? Ridet si illud celo demissum corpus merore sanieque cōfectum / quasi animam efflans trahere post se crucis pōdera compellatur? Ridet si qui omnibus miseretur et parcit ab omnibus habeatur ludibrio? Ridet si Jesus nazarenus inter latrones affixus tam turpe / tam immeritū de se spectaculū edat? Scitote crudelem illum Noe filium Cham maledictionem in se nulla alia de causa excepisse / nisi quod astantibus extra archam fratribus / pudenda genitoris membra derisit. Non sic impij, non sic. Maior in cepis et porris obseruantia apud egyptios fuit: Celebrior illorum cultus: pinguior eorum veneratio: quorum in hortis numina nascebantur / quam fuerit aduersus christum Synagoga vestra. Sed vereor: (mihi credite) ne de vobis rideat ille de quo scriptum est. Qui habitat in celis irridebit eos.

¶ Et angariauerunt quendam Simonem Cyreneum: vt tolleret crucem eius. Jam decerpuntur dominice crucis fructus. Jā sanctissimi ligni poma leguntur. homo peregrinus crucem portat. Jn crucē credit: que tibi contemptui est o iudea. Huic cruci omnium precedentium seculorum mysteria seruierunt. Hanc intellexit Daniel cum inquit: Ecce arbor in medio terre et altitudo eius nimia. proceritas eius contingens celum. Hoc lignum illud est / quod plantatum secus decursus aquarum multū fructum attulit ī tempore suo. Jn hoc ligno Abel manu fratris occiditur. Jn hoc tres esse propagines vidit Joseph. Jn hoc transiuit iordanem Jacob. et cū duabus regressus est turmis. De hoc ligno loquebatur Esaias. Secundum dies ligni: erunt dies mei. hoc prophetabat Ezechiel. Tu fili hominis sume tibi lignum vnū / et scribe super illud nomen iudeorum. hoc est patibulum. quod laturum Jesum apud hebreos menaboth liber affirmat. Hanc crucem egyptij destructis serapis thoracibus in vestibulis / postibus / parietibus / fenestrisque pinxerunt. Hieraticasque inter litteras numerarunt. cuius hanc esse interpretationem dicunt.

Uita ventura. In hoc crucis signo/contra Megentium tyrannum angelus constantinum reportaturum esse victoriam presignauit: Hoc lignum Pharaonis: currus et virtutem eius in mare proiecit. Huius ligni inuentionem (quę quinto nonas maias est) in predicta kalendarum die solenniter celebramus. In quo (vt refert Ambrosius) Augustę Helenę tanti muneris inuentrici multum debet christiana religio. Ex hoc ligno scalam fuisse arbitror/quam Jacob ad ipsius cęli fastigium erectam vidit. Hoc crucis lignum nauigantes preferunt/vt maritimis fluctibus tuti securiqȝ reddantur. Tu ergo crux sanctissima regum magnificentia es: Tu lex impiorum: Infirmorū virtus: Esurientium panis: Nudorum indumentum: In te angeli sua gaudia cumulata conspiciunt: In te sue salutis iura homines recognoscūt: In te inferi sue fraudis iusta retributiōe mulctātur. Hoc signo (cum nocte vna egyptiorum primogenita interissent) soli hebrei seruati sunt. Quid plura? Fugantur hinc demones/presenteqȝ aliquo cruce signato suis dijs gentilitas non litat.

¶ Uentum est ad Caluarias/vbi fuisse pro Isaac immolatum agnum hebreorum scripta reponunt. Ibi erigitur crux. O indignum facinus. O detestabile. O execrandum scelus: Extenditur in ea christus atqȝ suffigit̃. Inscribitur titulus. Jesus. nazarenus. rex. iudeorum. Non quod iudeorum tm̃ rex sit/sed qđ ad oues que perierunt de israel precipue missus fuerat. Hic ego iudeorum duritiem mirari vehementer cogor. qui sole ab hac cruce radios retrahente suosqȝ (veluti de thiestis mensa apud tragicos dicitur) auertente oculos/ad vllam tamen pietatis scintillā/nō sint corde cōpuncti. Et pfecto mirādū est: vnde in hūanis cordib⁹ tāta īpietas/vt cęlo: terra: ī execrationē iudaici sceleris cōclamātib⁹. nulla tamen ipsoꝝ sit facta conuersio/sed

venturum adhuc messiam (qui iam venit) indies cerebrosiores expectent. Quod ea sola de causa (vt opinor) efficiunt / quia primo parum seuisse visum est / nisi ad eas omnes (sique remansere) crudelitatum reliquias ferinum pectus exerceant. Sed vide o iudee quãto in errore verseris. Uide quantas tui oculi obduxerint tenebras. quam ceca obumbrentur caligine. Ecce hic messiã quem frustra prestolaris in cruce pendentem. Expandit manus suas ad te populum non credentem / sed contradicentem sibi. Siquis sit hic quem crucifixeris fortasse ignoras. hanc cęlestis pictoris contemplare tabulam quę ante veri coloris impositionem (vt fieri a peritis ea in arte consueuit) quibusdam est adumbrata vestigijs. Hic ergo qui pendet est primus ille Adam / ex cuius soporato latere Euam hoc est ecclesiã deus pater eduxit. Hic est ille optimus pastor / quem Caim in campo .i. loco caluarię interfecit. Hic est ille Seth. quem resurrectionem interpretamur. Ille Enos qui primus nomen domini inuocauit. Hic est qui Lamech. hoc est huius sęculi peccatum per sanguinem post .lxxvii. mundi generationes absoluit: Huius figurã Melchisedech gessit / qui de fructibus terrę sacrificium obtulit. Gessit et Aser / cuius panis in credentium ore pinguescit. Gessit Joseph. Job. Moyses. dum reducem a captiuitate populum facit. Quid aliud Aaron quam hunc christum signauit / dum victimarũ cruore peccata diluit? Quid aliud Jesus naue / qui nos in repromissionis terram adduxit? Quid Gedeon dum cum trecentis ad pręlium proficiscitur? Quid sibi voluit Samsonem fauum ore perempti leonis eximere / nisi christum humanum genus ab ore demonis liberare Quid Heli reprobatio sacerdotis? Quid duorum liberorum extinctio? nisi adueniẽte saluatore / veteri depulso sacerdotio nouum fieri? Cur scidit sibi vestimenta sacerdotalia Cayphas / nisi quod (agente etiam per eum spiritu sancto) mutari sacerdotium vestesque cognouit? Hi omnes a vobis in christo crucifixi sunt o iudei. cum quibus suffixus est David et Salomon. Nonne vnquam legistis Heliam igneo curru ad super-

na sublatum? Nonne helyseum de montis altitudine descen/
disse? Nonne pueros heliseo insultantes et dicentes. Ascende
calue? hi vobis humanatum christum ostendebant. qui de mon/
te celoque egressus inanem se fecit. Tota lex vestra et prophete hu
ius diei typus ac figura sunt. hieremias verbis et passionibus
christum expressit: Osee fornicantem liberauit ecclesiam: hoc
idem Abdias: Jonas: zorobobel figurarunt. hic ille est o iudei
qui de thesauro suo noua et vetera protulit testamenta: hic est
qui relictis centum ouibus vnam perditam querit. hic qui mi
sit operarios: plantauit vineam: et fodit torcular. hic est ille ho
mo qui descendens ab hierusalem in latrones incidit: hic est qui
contra prementes hebreos decem plagas immisit: hic qui egres/
sum populo dedit: protegentem nubem: maris transitum: ingres
sum heremi: cibum manne: aque dulcorem: victoriam contra Ama/
lech: mandata decalogi: archam testamenti: dedicationem ta/
bernaculi: oblationes: benedictiones filiis israel. Nonne Esaias
duo seraphin in duorum testamentorum enigmate speculatur.
cum. xii. aliis. i. apostolis/ qui sua oratione totum mundum mi/
ra celeritate discurrunt? Quid testimonia apertiora conquiri/
mus? Nonne hunc vidit hieremias sedentem super equum rufum
sanguine passionis. Nonne hunc lapidem hoc est christum vidit vii.
habentem oculos propter septiformis spiritus plenitudinem. et
predicaturos verbum dei per vniuersum orbem equos immissos?
Taceo quatuor paradisi/ flumina que ex euangelistis emanant
Non dico figuratum leonem: Non mysticum loquor vitulum:
Non hominis/ Non aquile typos excurrimus. Quod si non has de
christo figuras accipitis/ accipere saltem de vobis figurata de/
betis. et intelligere iudeorum imaginem in Cham fuisse premon
stratam et in Ruben. qui patri vestro illusistis/ eiusque cubile sum/
ma perfidia violastis. Intelligite synagogam vestram/ quando
Dalida Samsonem caluum facit. et in manibus ponit phylisti/
norum: Intelligite iudeam plebem rabie estuantem cum ollam
hieremie succensam legitis/ quam descendere vidit in domum

figuli·fieriq vasis prioris diminutionem ⁊ institutionem no/
ui/sumentis calicem supplicij ⁊ vniuersis gentibus porrigētis·
Duo ceci iuxta viam sedentes:nonne vos estis? Quibus appro
pinquantibus christo dictum fuit. Ego sum via ⁊ veritas ⁊ vi/
ta. Homo habens manum aridam quis est preter te o iudee? in
quo nulla misericordie gutta/nulla fuit pietas scintilla aduer/
sus christum· Sed omnes in te pietas arefacta est· Et si nec de
vobis figuras accipitis·vel eas male interpretamini/Credite sal
tem vestrorum auctorum scriptis : quos si pro vobis afferre in
medium consuestis/ recipere ⁊ contra vos equissimum est /cum
vero haud simile sit deum voluisse falsa veris inserere·In vete/
ri Talmud quod ante·xl·sue etatis annum legere hebrei nō au
dent(vt refert abodazaras)ita compertum habetur. Tunc in
cena dixit dominus·Unus vestrum me proditurus est.⁊ lauit
ei⁹ pedes·⁊ cōmutauit synagogas:boues:arietes:hircos:in su/
um sanguinem ⁊ corpus:⁊ proditori contribuit· Hec añ christi
aduentum·ccclxx·annis vaticinata sunt·Porphirius hostis no
minis christi in eo quem aduersus religionem nostram libro cō
scripsit/ Non mirum inquit si tam multis annis pestilētia vexa
tur ciuitas·Et si Esculapius ⁊ alij dij lōge ab ea absūt·Postq̄
enim quidam Jesus coli cepit/nihil a dijs nr̄is consequi possu
mus·O stulti ⁊ tardi corde ad credendum iudei·Non dicit hoc
Hieremias:non Lucas:non Joannes:non aliquis ponit apo/
stolorum/quos seductores vocatis·Sed Porphirius christiani
nominis hostis ipsum venisse affirmat·cuius aduentu omnia
oracula siluerunt·Nonne plutarchus ab Emiliani rhetoris pre
circa Echinadas insulas nauigante/interrisse magnum pana
relatum Tiberio cesari constanter affirmat? Hāc christi passio
nem vetus Hionethis oraculum apud chaldeos ostendit : pro/
pter illum inquit qui primo peccauit deus excruciabitur·Scri/
ptum est etiam apud veteres talmudistas· Deus pro peccatis
pendebit·⁊ illi non credent in eum·Tradet inquit Esaias mor
ti animam suam.⁊ cum sceleratis deputabitur·Expandi(ait il

le) manus meas ad te anima mea: sicut terra sine aqua tibi. Quid aliud Esaias q̄ꝫ sparsuꝫ christi sanguinem significat. Rubra est tunica tua ꝛ vestis veluti eorum qui vuas in lacu premunt? Quid aliud intellexit Amos. Vidi dominum stantē sup altare ligneū? Quid Sophonias? Principes eius/quasi leones rugientes in medio eius. Quid zacharias? Que sunt plage iste in medio manuum tuarum? ꝛ dicet plagatus sum in domo eius qui diligebat me. Quid tu de dn̄o prophetaueras Malachia? Transgressus est iuda ꝛ abhominatio facta in israel. quia contaminauit sanctificationem dn̄i quā dilexit. Hoc te iudee euangelia docuerunt. Nisi granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit/ipsum solū manet. si aūt mortuū fuerit/multum fructum afferet. Nihil est in seuissima hac christi morte. quod non multo ante vestri auctores prenunctiauerunt. siue ꝑditionē velis. siue iniectionē manus. siue crucis pondus: siue crucifixionē spinas: potū: framea apertū latus. ¶ Hic dies o iudei vobis tēplum ꝛ altare diruit: Hic legē ꝛ ꝓphetas ademit: Regnum ꝛ sacerdotiū substulit. Dicite mihi nos Moysem ꝛ Jesum credim⁹. Vos Moysem tm̄. Si Jesu miracula admittitis/ cur rationem queritis? Reddite vos rationē Moysi vestri: q̄d si de Moyse refugitis/nos de christo non ꝑferemus. Videtis christi fidem toto orbe diffusam/ Nō sunt (inquit) loquele neqꝫ sermones/quorum non audiant voces eoꝝ. Nō diu permanent o iudei que veritati aduersanť. Voluit Teudas quidā ꝓ deo in grecia existimari/ꝛ statim euanuit. Voluit Judas galileus ad sui cultum ex iudaico populo multos allicere/ꝛ cōfestim fallacie penas dedit. Voluit ꝛ Samare⁹ Dositheus latriā populoꝝ/seqꝫ xp̄m eē samaritis persuadere/sed breui omnis eius commentitia disciplina sublata est. Idem Simon magus efficere conat⁹ est. Pauci tamen īmo fere nulli sunt/qui eum in ipsa etiam palestina sectentur. Sola Jesu christi religio (quia vera est) radices egit/ Sola totius orbis impleuit ambitum. Jn omnem terraꝫ exiuit sonus eoꝝ: ꝛ in fines orbis terre verba eorum. Hec enim fides

non habet in tenebris domicilium/sed in sole tabernaculum su
um limpidaq; veritate disposuit. Qua re resipiscite iaz ⁊ ad eũ
qui nouit etiam ꝓ persecutoribus erorare confugite. Sed eccaz
video vociferantem Mariam ante vexillum crucis astantem;
Cui pendens in cruce filius. Mulier ecce (inquit) filius tuus:
Ecce tuorum oculorum lumen extinctum. Ecce hereditas dñi
filij merces fructus ventris. Vię syon lugent: Infirmata est vir
tus mea: Facti sunt filij mei perditi: Patres nostri peccauerũt.
⁊ nos iniquitatem eorum portamus. Effusum est in terra iecur
meũ. Magos per aliã viã reuersos fuisse non profuit. Nam ve/
ni in crudelissimi Herodis ⁊ impie nationis manus/ quę de di
lecto filio tuo tam immeritum sumpsere supplicium. Iacet (vt
vides) hic extensus ante hominem deus. Speciosum forma prę
filijs hominum iudeoꝝ sputa turparunt: Oculi lucidiores so/
le velati sunt. Caput spinarum densitate compungitur. Exten
duntur in cruce manus. pedes clauis traiecti sunt. Videte o fi/
lie hierusalem regem vestrum Salomonem toto cruentatum
corpore/coronatum sentibus/illusum purpura. Hęc verba pr̃es
reuerendissimi ipsius vere animam (veluti gladius) pertransi
bant: Manabant (puto) ex humentibus oculis duo lachrymaꝝ
flumina. Nam quis matrẽ (nisi mentis inops) in funere nati
flere vetet? Nec ego ferreus sum qui vos hodie lachrymari tan
ta in immanitate dehorter. Heu q̃ dissimile est Tolle Tolle
crucifige eũ. ⁊ bñdict⁹ q venit ĩ noĩe dñi. q̃ dissimile ẽ. rex isra
el ⁊ nõ habem⁹ regẽ nisi cęsarẽ. q̃ dissimiles sũt rami virentes
oliuaꝝ. ⁊ crux. flores ⁊ spine. O (si tp̃is angustia pateret̃) q̃ta
possem⁹ de hac xp̃i mirabili passione differere: cui⁹ effectum si
p̃sca illa philosophoꝝ schola ꝯnosceret ⁊ ab ĩferis reuiuisceret.
Diceret zeno stoicoꝝ pr̃ hic est ille sapiens quẽ (licet nunq̃ in/
uentum) inueniri tamẽ posse credidimus: Diceret Plato. Hęc
est viuẽdi forma/quam vllo assequi posse nos ope diffidebam.
Diceret Aristoteles. Hęc est illa fęlicitas de qua in tenebris am
bulãtes ſmonẽ quotidie terebam⁹. Diceret Auerops (si tãti sa

cramenti mysterium diuino munere percepisset) Ecce homo cui intellectum agentem coniungi vt formã clarius intuemur. In eo enim consummata sũt omnia. Nobis aperti sunt celi. his vero qui limboso tetroqꝫ carcere claudebantur. Exortum est in tenebris lumen rectis/ misericors ꝛ miserator ꝛ iustus. Omnes itaqꝫ pietatem saluatoris nostri/ clementiamqꝫ cognoscite. quã ipsa etiã insensibilia cognouerunt. Cognouerunt celi/ dum ascẽdentem excepere. Cognouit mare: quia sub illius pedibus se calcabile prebuit: Cognouit terra: que eo moriente contremuit. Cognouit sol: quia radios sue lucis abscondit. Cognouerunt saxa ꝛ parietes/ quia mortis tempore scissa sunt. Cognouit infern⁹: quia quos tenebat iniuste: restituit. Sola infidelium iudeorum corda ipsum duriora lapidibus non nouerunt. Per hanc itaqꝫ passionis portã intremus omnes. Patet Longini framea apertum latus. per quod ingressus est latro. non quia miracula vlla conspexerit. Cessauerat enim languentium curatio: cecoꝝ illuminatio. resurrectio mortuorum: Sed que in eo ingens apparuit/ non cessauerat fides. qui christum non super aquas gradientem. sed morientem ꝛ efflantem animam intuebatur. Hunc diem patres optimi in omni humilitate omniqꝫ malitie fermento deposito in sinceritatis azimis celebremus. Quis enim his diebus non compungatur? Quis tam insolens vt humilitatem non induat? Quis tam hostis vt veniam / vt pacem deneget? qs tã irat⁹ vt iracũdiã nõ sedet? tã delitiosus: vt nõ abstineat: tã icõtinẽs vt geniũ nõ reprimat? tã obdurat⁹: vt nõ peniteat? Hec enim passio si terram mouit/ si petras scidit/ si monumẽta aperuit/ nonne mollia hominum corda mouebit: recludet: pate faciet? Eam animo contemplemur patres. Discamus a cruce patientiam: nostris cupiditatibus imperare: nostro furori parcere: ꝓ malis bona tribuere: Cõtumelias equo animo ferre: Auaritiam coercere: honores opesqꝫ contemnere: Animam ꝓ ouib⁹ nostris exponere: Iesum imitemur crucifixum: Qui ꝓ redemptione nostra / se anime porrexit in cibum: Qui corpus cru-

cistroribus dedit: Dorsum flagellis: Faciem cedentibus: et spu/
entibus: Genas percutientibus: Uestes lusoribus: Sanguinē
reis: Penitentibus lachrymas: Simoni crucem: In peccatorum
remedium vulnera: Uitam et mortem in exemplum. Pendentis
intueamur plagas: Morientis sanguinem: Redimentis preciū
Decliue ad osculandum caput: Cor apertum ad diligendum:
Extensa ad amplexandum brachia: Totum corpus expositum
ad redimendum: Hęc quanta sint cogitate: Hęc in statera ve/
stri cordis appendite: Uitam vestram crucis exemplo institui/
te: Si te nobilium stemmata forsan oblectant / Eum considera
ex vili femella fabro nupta progenitum: Si patrię generositate
superbis / vide eum in vilissimo Bethleem vico nascentem edi:
Si cocco ametisto gaudes et purpura pensa illum fęno paleęqʒ
incubuisse. nec habuisse quo inuolueret̃ infantulus. Si palla/
cia excelsa desideras / non habuit ille tectum quo caput suum re
clinaret: Si te vexat ambitio / memento quod (ne rex esset) inso
litudines fugit. Si doles tibi ab amicis imponi: cum a discipu
lo proditum et venditum scias. Si te anxietates. si curę solicitāt
suo ad orandum exemplo confugias. Si delatus falso apud iu/
dicem fueris / succurrat illico eum apud Pilatum falso et accusa
tum et condemnatum: huc deniqʒ in omni vita oculorum tuoꝝ
figas obtuitus: Tolle Tolle inqʒ crucem et sequere eum. Nam
si (vt inquit Ambrosius) curari velis / medicus est: Si febrib⁹
estuas. fons est: Si grauaris iniquitate / iusticia est: Si ope in/
diges: presidium est: Si mortem times: vita est: Si tenebras fu
gis: lux est: Si cęlum appetis via est: Si cibum alimentū. Hūc
qui ęternitatem adepti sunt inuario etiam penarū genere que/
siuerunt. quorum in valle Iosaphat cicatrices hilari lętaqʒ frō
te pandentur. Tunc enim ostendet Esaias serram qua sectus
est. Ecce Daniel leones dicet / quibus pro dei cultu deputatus
sum. Exbibebit gladium Paulus / quo trūcatus est. Afferet cru
cem Petrus quam magistri sui instar ascendit. Dolium feruen
tis olei adducet̃ in medium / in quod euangelista truculēto ab

imperatore proijcit. Ostendit zacharię filius caput suum domino saltatrici ab Herode porrectum. Apparebunt in Bartholomeo nudata viscera: patebit iniecto igne leuitę corpus sup crates impositum. Proiectos in Stephanum lapides/ videbūt omnes. Hęc erunt christi militū signa/ Hęc vexilla: Hęc arma quibus celum (dum viuerent) expugnarunt. Hi omnes cicatrices suas ante tremēdi/ iudicis tribunal nudabunt. Inter quos vtinā & nos nostrę crucis insignia/ nostrę triumphos militię proferre possimus. Quibus ad dexteram positis/ dicendum sit. Uenite benedicti patris mei & possidete paratum vobis regnum: cui ego vos deperditos acerbissima mortis passione restitui.

D I X I.

